

77. Tertull.

Verba anime puritate indigni.

78. Nazianz.

Irenaeus. Testimonium ab inimico.

79. Tolct.

Superbus a nulla pura creatura vult vinci.

80.

Sape inimicus te laudat, non ut extollas, sed ut alios deprimere.

81. August.

Timor dat cognitionem.

82.

Tertio. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, cap. 7. sic ait: At nunc discepto, quando eum cognoveris Demon? Quid jam tale ediderat, per quod posset Dei Sanctus intelligi? Tantum quod Synagogam ingressus, nec sermone operatus est aliquid adversus Creatorem. Unde virulentus hostis tantam excellentiam agnovit in Christo, ut sanctum, & filium Dei alta voce coram omnibus acclamet, ex Christi verbis tantam praeminentiam collegit. Sermones enim Christi, qui toti erant in laudem Dei, & nemini in offensionem, ejus divinitatem, sanctitatem, ac bonitatem exhalabant. Vide supra cap. 5. num. 164. & c. 13. n. 50. & 52.

Quarto. D. Gregor. Nazianzenus oratione 1. contra Julianum, Demones, ait, inviti Jesum confitentur, atque per contraria, quo plus fidei, & auctoritatis habeat, veritas demonstratur. Item etiam antea docuerat D. Irenaeus lib. 4. cap. 14. Permissit Dominus, ut Demones haec clamarent ac dicerent, ut Christi veritas maxime demonstretur, cum ab adversariis, ac inimicis haberet testimonium. Et ideo Deus tantam energumenorum copiam permittit esse in Judaea illo tempore, quo in terram venit, ut Demones expellendo, gloriam suam, & potestatem, & Demoni indictum bellum indicaret, tum etiam, ut illi tanquam Christi adversarii darent testimonium, quod cum esset ab inimicis, multum erat ponderis.

Quinto. Tolerus in Comment. Superbi, ait, dicebant haec Demonia, ne ab homine puro videantur expelli, ac superari: malunt enim veritatem confiteri, quam ab illa excellentia, quam apud homines ambitiosè, & superbe expetunt, vel minimum deurbari. Minoris autem fieri sibi videbantur, si ab eo, qui Deus non erat, inviti ejicerentur; ideo eum filium Dei publicè fatentur, tanquam denotantes, quod solum ab ipso poterant expelli, & ejici.

Sexto, & germanè, ut dixi in expositione, filium Dei acclamant, ac si dicerent, cum sis filius Dei, & tantus honor tibi intactus, & inviolatus maneat; quare tam acerbè nos infestas? Et expellis ab his corporibus, cum nos tibi non contrariemus, nec tibi simus contrarii, siquidem tuam supremam dignitatem filij Dei cognoscimus, & fatemur. Animus capè depravatus tuam dignitatem manifestat, & dicit, non ut te laudet, sed ut inde habeat ansam alios deprimendi, & vexandi. Sic Babyloniae Satrapæ instigant Darium Regem, ut suo decreto constitueret, ut nullus petat aliquam petitionem à quocumque Deo, vel homine, nisi ab ipso Rege, Daniel. 6. num. 7. Non enim haec facta sunt animo Darium extollendi, ac sublimandi, sed potius animo Darium Regem deprimendi, ac insaniam ejus declarandi, ac Danielem occidendi.

Septimo. D. Augustinus tract. 10. in epistol. Joannis, & serm. 31. de verbis Apostoli, asserit, quod Demones confessi sunt Christum filium Dei ob timorem, ne graviore poena ab ipso afficerentur, ac proinde timore coacti, & impulsu sunt, ut Deum in carne latentem cognoscerent, ac confiterentur; vexatio enim dat intellectum, & valde efficax est Dei timor, ut Dei, ac supernorum cognitionem ingerat, & doceat.

D. Gregor. Nazianzenus oratione 1. contra Julianum, Demones, ait, inviti Jesum confitentur, atque per contraria, quo plus fidei, & auctoritatis habeat, veritas demonstratur. Item etiam antea docuerat D. Irenaeus lib. 4. cap. 14. Permissit Dominus, ut Demones haec clamarent ac dicerent, ut Christi veritas maxime demonstretur, cum ab adversariis, ac inimicis haberet testimonium. Et ideo Deus tantam energumenorum copiam permittit esse in Judaea illo tempore, quo in terram venit, ut Demones expellendo, gloriam suam, & potestatem, & Demoni indictum bellum indicaret, tum etiam, ut illi tanquam Christi adversarii darent testimonium, quod cum esset ab inimicis, multum erat ponderis.

subjectione liberantur, ut à Babylonia exeant, & multi beneficia Dominus in Assyriis largitur. Ait Isaias 45. à num. 1. Haec dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gemas, & dorso Regum vertam, & aperiam coram eo januas, & porta non claudetur; & multa hujusmodi bona annumerat, & subdit num. 4. Propter servum meum Jacob; & Israël electum meum vocavi te nomine tuo, & assimilavi te, & non cognovisti me. At dum à tyrannide Aegyptiaca educuntur, per judicia magna, & per multas plagas, Exod. à cap. 7. Sed quid inde sequutum est; nam de Cyro dicitur: Non cognovisti me, at de Aegyptiis, Et scient Aegyptij, quia ego sum Dominus, qui extendi manum meam super Aegyptum, c. 7. num. 5. Sed cor de Aegyptiis dicitur, & scient, quia ego sum Dominus, & de Babylonia. Non cognovisti me. Unde tanta rei differentia? à beneficio, & verberè. Assyrij afficiebantur beneficiis; Aegyptiis terrificabantur plagis. Impij, & prophani, non dulcedine donorum, ac munerum, sed terrore verberis, & plagæ trahuntur, & commoventur in Dei cognitionem. Lyppom. ad proximè citatum locum Exodi maxime favet. Sic igitur, ait, impij vel tandem coguntur agnoscere justitiam Dei aique potentiam, dum quod omnium minime volunt, conficiuntur, & afflicti admittit ere coguntur, quod sani recusabant. Tuncque primum Dei cognitionem assequuntur, cum ipsis ea prodesse non potest. Sicut Demones Christum cognoverunt ad suam perditionem. Vide supra cap. 10. n. 53. & 54. & 55. & 56. cap. 11. n. 61. 62. & 63. Alteram rationem vide supra cap. 21. quaestione 6. num....

QUESTIO XIII.

Quare Dominus silentium imponebat Dæmoniis?

PRIMA, & literalis ratio. Nolo Christus summa veritas à patre mendacij Diabolo habere testimonium, ut dixi in expositione; ideo silentium ei imponit. Secundo nolo laudari à tam impuro ore. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. Ecclesiastic. 15. n. 9. Eccli. 15. Sicut enim valde gloriosum est à probo viro, ac bono laudari; ita valde ignominiosum ab iniquo commendari. Et ita dedignatur Dominus ab ore scelerato laudibus decantari. Unde peccatori ait Deus. Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum. Psalm. 49. Hanc rationem docet D. Athanasius lib. de Synodis. Quia veritas in ore impuro etiam suspecta est.

Tertio. D. Epiphanius agens de malo linguæ, ait, Se ipsum spone morti obtulit Salvator, & serm. 1. monibus menaçij aures nequaquam præbuit, os suum aperiens acutum cum felle gustavit, qui scelerata verba auribus excipere recusavit? os proditori osculandum exhibuit, & deceptorij responsum dare noluit: sic & tuum os maledictis osculandum præbe, aures verò minime: nam si tuum illis os præbueris, osculum illos condemnabit: si aures illis accommodaveris, jam te verborum gustus occidit. Valde mitum, quod Christus Dominus se tradidit morti

85. August. Matth. 16.

Opus amoris laudatur, non timoris.

86. Euthym.

Inimicus una veritate vult nos inficere ad falsam persuadere.

Chrysoft.

87. Idem. Nemo se intromittit in alieno officio.

88. Idem.

morti, acutum cum felle gustavit, & os ad osculum dedit proditori, & tamen dum à Dæmoniibus hic laudatur, increpans non sinebat loqui, in magnum nostrum documentum; quia licet os ad osculum exhibeamus inimicis, tamè aures custodiamus à blanditiæ aura laudis, & adulationis; nam adeo est pestiferum, & mortiferum venenum adulationis, quod non solum dum illo homo saturatur, cadit, & moritur; sed etiam illius levis gustus enecat, & interficit. Si aures illis accommodaveris, jam te verborum gustus occidit. Vide cap. 1. n. 85. c. 7. n. 10. c. 15. n. 89. 10. & 11.

Quarto. Divus Augustinus serm. 31. de verbis Apostoli, Ecce modo; ait, Audisti in Evangelio, quod ait Petrus. Tu es Christus filius Dei vivi, legere, & invenisti dixisse Demones, scimus, quia sis filius Dei; Petrus tamen laudatur, Demon compefcitur. Una vox facta diversa. Unde separantur iste due confessiones? Laudatur amor, damnatur timor. Non enim amore dicebant haec Demones; Tu es filius Dei. Timore hoc dicebant, non amore. Dicebant Demones Christum filium Dei, & hoc dixit etiam Petrus. Hic tamen maxime laudatur, & illi non permittitur loqui, Petrus amore exortabatur suam confessionem; Demones timore coacti clamabant. Et id, quod non vi timoris, sed amoris impulsu profertur, magni pretij, ac estimationis est: aliter verò dicendum de eo, quod timoris vexatione fit.

Quinto. Euthymius in cap. 1. Marc. Deinde, ait docuit nos, ne Dæmoniibus unquam credamus, etiam vera dicentibus: cum enim ament mendacium sint, que nobis inimicissimi nunquam vera loquuntur, nisi ad fallendum; veritate quasi esca quadam utuntur. Crudelis, & infansus inimicus est Diabolus, & maxime fugiendus, ac cavendus; etiam dum verum dicit. Res certissima Christum esse filium Dei, & tamen dum hæc profert Diabolus, ei mandator obtumescere. Nefandus hostis aliquando verum dicit, non ut dicat verum, sed ut objecta una veritate, multa noxia; & falsa permisceat, & una veritate vult nos inficere, ac allicere, ut multis falsis, ac perverfis assentiamur, & acquiescamus. Quod eleganter dixit D. Chrysoft. hom. 2. de Lazaro. Demones, ait, veris falsa admiscet, veraque dicunt, ut sibi in falsis fidem concilient, idcirco audiendi non sunt.

Sexto idem Chrysostomus citato loco, aliam assignat rationem, considerans quomodo Paulus silentium imposuerit Spiritui Pythonico, atque exire jussit; ait, Tace, obmutescere, non est unum prædicare, Apostol. ista est auctoritas, quid usurpas, quod tuum non est? Sile, infamis esto: sic Christus, dicentes ipsi Demones, novimus te quis sis, increpavit multa cum acrimonia. Infamis est Diabolus, & officium non suum usurpat. Apostolorum enim est Christum prædicare, annuntiare, & non Dæmonum; ergo cum ille se velit intromittere in alieno officio, ideo ei silentium imponitur. Vide supra c. 1. n. 59. c. 10. n. 27. 28. 29. & 30. c. 19. n. 7. & 8.

Septimo idem Chrysostomus homil. 13. in Matth. Primus homo hinc offendit Deum legemque transgressus est, ex abundantia te docui, quod tibi non prævaricationem præcipiat, nec sic sit pavendum. Et quid dico prævaricationem? Etiam si aliquid utile Demones subeant, ne tunc quidem eos debes audire: si enim illos Demones loqui, qui cum Dei filium prædicabant, & Paulus id ipsum Sylveira in Evang. Tom. II.

inclamantes increpavit, quamvis, utile erat, quod dicebatur Sed magis eos, magisque dedecore afflicti eorum insidias detegens, eorum ora clausit, & rancere præcepit. Causa mali sit semper tibi suspecta, causa, & origo mali. Sicut, ubi semper suspecta.

Octavo. D. Anastasius orat. 1. contra Arrian. 89. Et Diabolus quoque loquebatur è sacris litteris, Anastas. sed tamen aquè illi os obturatum est à Salvatore. Si enim ea, quæ dicebat, animo sensisset, nunquam excidisset è celo. Diabolus aliud habebat in ore, Intolerabilis aliud in corde. In animo non certò sciebat Christum esse filium Dei, & Messiam in lege promissum, ut dicam quaestione sequenti, quamvis illud suspicaretur. At in ore certissime hoc affirmabat: ergo cum verba ab animo discrepabant, illius publicæ acclamationes, rejiciuntur ac confutantur.

Nono. Divus Augustinus lib. 3. de Sacramentis, cap. 13. Tu es Christus filius Dei vivi: hoc dixit Petrus, & audivit: Beatus es Simon Bariona. Hoc dixerunt & Demones, & audiverunt, obmutescite. Una vox est, sed Dominus interrogat radicem, non florem. Pulchra ultima verba, Petri confessio ad magnum præmium, ac remunerationem acceptatur, Dæmonis proclamatio maxime refutatur, quia Domino non placent verborum flores, in quibus multa fallacia latitat, sed eorum radix, ac origo, nempe simplex animus, ac affectus.

Decimo. Beda in cap. 1. Marci, hanc assignat rationem; Imponitur silentium Dæmoniibus, ne Christi manifestatio, passionis ejus esset nocumento, ob quam etiam causam Apostoli jubentur reticere, ne divina majestate prædicata, passionis dispensatio differretur. Hæc ratio est valde probabilis ut multis videtur.

Undecimo. Hæc dicebant Dæmones, quia sibi persuadebant, quod Dominus venisset in eorum perditionem, ac punitionem, ut ipsimet dixerunt Marc. 1. num. 24. & Matth. 8. n. 29. & ideo eorum ora clauduntur, quod bene notavit Tertull. lib. 4. contra Marc. cap. 7. Venisti perdere nos, adjuce. Adeo judicis, & utroris, & ut ita dixerim, seculi Dei filium agnoscerat Jesum, non optimi illius & perdere, & punire nesciunt. Diabolus Christum filium Dei dicebat, tamen eum acclamabat esse crudelem, punitorem & ultorem, ideo ei obmutescere, dicitur, cum Deus totus sit propensus in benignitatem, & clementiam.

Procedit Moyses ad vexandum plagis Aegyptum, & ait ad Aaron. Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Aegypti, & super fluvios eorum, & super rivos, & paludes, omnes lacus aquarum, ut vertantur in sanguinem, Exod. 7. num. 19. Cur plaga emissa in aquas, non alteram præbet speciem, nisi sanguinis; cur potius non in colorem atrum, vel vitidum? Cur potius ipsa aqua non alio modo vexatur? Poterat enim fieri, ut tangentes aquam, ipsa fugeret à manibus, vel in lapides converteretur. Respondet Theodoretus quæst. 10. In primis, quia valde gloriabantur Aegyptij de flumine suo, & hunc pro Deo habebant, ut qui pavem usum illis præbebat, quam nubes. Sanguineus color sævitiam, crudelitatem, cruorem, ac bellum denunciat. Ut ergo Aegyptij, qui suum fluvium pro Deo colebant, & agnosce

In quo non est benignitatis signum, non potest esse divinitatis nota.

agnoscerent scitiam, & inanem esse illius divinitatem, hoc factum est, quia in quo nullum erat vestigium beneficentiae ac benignitatis, nulla etiam poterat esse divinitatis nota, de hoc multa vide cap. 2. num. 98. & 99. & c. 5. n. 294. 295. & 296. c. 17. n. 93. & multis aliis locis.

QUESTIO XIV.

Utrum Demones cognoverint Christum esse Messiam, & filium Dei?

94. Prima sententia.

Ambros. Gloss. Ord. Gregor. Nazianz. Euthym. Beda. Suatius. Toler. Barradas.

95. Fundamenta contraria.

96. Secunda, & probabilior sententia. D. Thom. Carthus. Bonavent. Janfen. Cajetan. Isidor. Molin. Bagez. Corneli.

97. Primum fundamentum.

98. Secundum.

Odiu obsecr.

QUESTIO haec satis vulgaris, & communis eā late tractant recentiores. Ideo breviter illam praestringam. Prima sententia in hac materia est, quod licet Diabolus à principio non cognoverit Christum esse filium Dei, ac Messiam promissum in lege, tamen postea ex multis miraculis, ac signis hanc veritatem cognovit. Pro hac sententia citantur multi Patres, D. Ambr. 1. Cor. 2. 2. ibi Glossa Ordinaria, D. Greg. 3. 3. Moral. c. 7. alias 1. D. Gregorius Nazianz. orat. 2. in Paschate, Euthymius, Beda cap. 1. Marc. eam defendunt, Suardius tom. 2. ad 3. part. disp. 3. 1. sect. 3. §. D. de secundò Toletus in cap. 4. Luc. annotat. 75. Parradas l. 5. c. 9. & alij.

Probatur primò, quia D. Lucas ait hic, quod Christus non senebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum; & ipsi Demones dicebant; Scio quod sis Sanctus Dei. Secundo hoc cognovit Diabolus ex multitudine miraculorum Christi, quæ manifestè videbant esse vera miracula & suam & Angelorum, naturalemque vim transcendere. Et à solo Deo fieri posse. Tertio ex Scripturis, ac Prophetis hoc agnoverunt, cum omnia quæ de Messia dicta erant, in Christo adimpleta videbantur.

Secunda sententia affirmat quod Demones videntes miracula Christi, versabantur in dubitatione, hæsitacione, ac suspicione, an ipse esset verus Messias, & filius Dei: Hanc sententiam tradit D. Thomas 3. part. quest. 44. art. 1. ad 2. Cathusian, in cap. 1. Marc. D. Bonavent. in cap. 4. Luca. Janfenius ibid. & 1. Corin. 2. Cajetan cap. Luca. ibid. Vatablus, Isidorus Clarus orat. 21. in Luca. Molina 1. part. quest. 57. art. 5. disp. 1. Bagez eadem quest. 57. art. 3. dub. 2. Cornelius à Lapide in cap. 3. Marc. vers. 11.

Probatur primò, quia multa miracula, magna miracula, ac totam Scripturam adimpletam viderunt Demones in Christi nativitate, adventu Magorum, præsentatione in templo, fuga in Aegyptum, ad cujus ingressum corruerunt omnia idola, juxta vaticinium Isaiæ, ut dixi l. 2. c. 7. q. 13. n. 5. 3. Et tandem vocem Patris in Baptismo audierunt: Hic est filius meus dilectus; & tamen postea hæsitantes, ac dubitantes eum tentarunt in deserto; ergo ante Christi mortem in hoc dubio Diaboli versabantur.

Secundò, superbus, ac ferox Dæmon, non poterat intelligere, nec concipere tantam humilitatem, modestiam, ac mansuetudinem in naturali, & substantiali filio Dei, præcipuè, quia ipse ignorabat altitudinem fructuum, & finem tanti mysterij. Tertio Diabolus crudele odium habebat erga Christum Dominum. Nam videbat eum virum sanctissimum, ac multas animas è manibus

ejus eripere, ergo obsecutus odio excellentias, Christi Domini ac claras Scripturas de eo non percipiebat. Tertio, Integritas corpori naturaliter cognoscitur ab Angelo. Et tamen, ut docent Patres, ut dixi l. 1. c. 5. p. 18. n. 34. Diabolus impeditus fuit divina ordinatione, ne agnosceret Christum ex Virgine natum; ita etiam Dei dispositione antequam crucis mysterium consummaretur ne agnosceret Christum esse filium Dei, ac Messiam, ne contra nostram salutem multa machinaretur, ut ita suaviori modo adimpleretur divina dispensatio, & ideo usque ad crucis mysterium Diabolus in ea dubitatione hæsitavit. Patres pro contraria sententia citata explicandi sunt de cognitione conjecturali.

Quod autem D. Lucas ait, non senebat Dominus Dæmonia loqui, quia sciebant ipsum esse Christum; facile explicatur cum Janfenio, Cajetano, Isidoro Claro citato, Vatablo, non senebat loqui hoc, scilicet, quod sciebant ipsum esse Messiam, ac proinde non permittetur dicere verba ista, nos scimus quod sis filius Dei, quod sis Christus. Ludolph. Hugo. Beaulxam. Stella.



CAP. XXIII.

De dimittendis terrenis instrumentis Scriba, & duo alij.

Matth. 8. n. 18. Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit ire trans fretum.

VERSIONES.

Syriacus. Cum vidisset turbas multas, quæ circuibant se, jussit eas abire in ulteriorem ripam.

Vatablus. Iussit, ut discederent in ulteriorem ripam D. Chryso. 28. Videns turbas circa se ipsum, jussit, ut abirent.

EXPOSITIO.

CIRCVIENS Jesus Galilæam, & curans omnes infirmos, cum vespere esset factum, & valde diluculo surgens Dominus abiit in desertum ad orandum, ut notant D. Marc. capite 4. numero 35. & Lucas capite 8. Abulens. numero 22. Cum autem turbæ ibi Dominum Jaanen, requirerent: jubet abire trans fretum. Et ita hic in ordine hæc historia sequitur, ut notant Divus Augustinus lib. 2. de consensu Evang. c. 22. Abulensis Matth. 8. Janfenius, Beauxames, Corneli. Adrichomius, Barradas, Franciscus Lucas, Cornelius, & alij. Videns

2.

Alb. Mag.

Nemo se in alienis rebus intromittat.

3. Chryso.

Bonus affectus honorandus.

4. Chryso.

In vestris operibus ostentatio fugienda.

Abulens.

Animus invidus declinandus. Potius attendendum saluti animarum quam corporum.

5. Remig.

Videns autem Jesus, scilicet postero die post multitudinem sanatum, turbas multas, hoc est, multitudinem populi, quæ à turbando dicitur, circum se, id est, undique circumstantes tanquam irruentes in Dominum, & veluti ipsum intra se tenentes, Notat Albertus Magnus, quod turbæ non approximant, sed sunt in circuitu dolose ambulantes; multi tamen è turba circumstantibus animo sincero, & grato ob beneficia accepta, & ut ipsum Dominum audirent. Iussit ire, scilicet, ut Discipuli cum illo simul irent. Non mandavit Dominus eis, ut nauarum vicem ipsi subirent: nam quamvis ibi essent Petrus, & Andreas; tamen naves erant alienæ. Mandavit ergo eis Dominus, ut procurrant trajectum. Trans fretum, id est, ulteriorem ripam, seu oppositam ripam quæ erat, ut patet ex Luc. 8. num. 26. regio Gerafenorum.

QUESTIO I.

Quare Dominus voluerit transfretare in ulteriorem regionem?

IN limine hujus quæstionis notandum est ex D. Chrystomo hom. 18. Tu verò considera, ait, quod non dicitur repulisse turbas, ne contentis viderentur: nec jussisse, ut omnino recederent sed ut abirent in interiora; ut spe allesti; quod illo transiurus esset facilius obtemperarent. Bonus affectus turbarum, quæ Dominum sequebantur, non fuit omnino alpernandus, sed potius aliquali modo honorandus, & ideo Dominus non jubet, ut recedant; sed eos allicit, ut prompti obediunt dum demonstrat locum, ad quem tendit. Ad quæstionem veniamus.

Respondet primò D. Chrystomus citata hom. 18. Hoc faciebat Dominus, partim nos docens; hanc illamque; partim ne Judæi pessifera veneno invidia labescerent; nonens nihil profusus ad ostensionem à nobis esse faciendum: etenim non corporum incolumitas cura sibi tantummodo erat, sed multo magis animarum salari providebat. Sapienter S. Pater tres rationes nobis hic inculcat. Primò docet, nos nil facere ad ostentationem, sed potius in operationibus nostris, ipsam evitare debere. Et ideo dicitur: Videns turbas, jussit ire transfretum, ut hominum applausum fugeret. Secundò, Partim ne Judæi pessifera veneno invidia labescerent. Nam, ut etiam ait Abulens 9. 55. licet turbæ bono animo Christum sequerentur; erant tamen aliqui malivoli, qui de mirabilibus Christi tristabantur; & illos Christus voluit devitare cedens invidia eorum ad tempus. Animos invidiæ plenus maximè fugiendus, atque cavendus Tertio. Non corporum incolumitas cura sibi tantummodo erat. Multos curabat Dominus; & tamen imperat transfretare, quia cum visis operibus Christi multi tristarentur, torquerenturque invidia; eorum perverso animo Dominus cedens, in ulteriorem partem parabat abire, potius enim volebat animarum salutem, quam corporum infirmitatibus providere.

Quartò, D. Remigius postquam apponit rationes Chrystomi, sic ait: Hoc fecit quasi homo volens turbarum importunitatem declinare. Erant autem ei affixi: admirantes eum, & videre ipsum volentes. Quis enim discederet à talia miracula operante?

Quis non in faciem ejus simplicem vellet videre; & os talia loquens? Si enim Moyses glorificationem faciem habebat, & Stephanus sicut Angeli, intellige communem dominatorem, qualem decens est tunc apparuisse. Unde ait Propheta: Speciosus forma præ filiis hominum. Turbæ videntes signa, ac suavitatem vultus, conversationis, ac sermonis Christi maxime ipsum comprimebant; idè ut eorum multum declinaret, jubet Discipulis transfretare.

Quintò, D. Thomas. Imperat Dominus abire in ulteriorem ripam, ut placeat Discipulis. Unde aliquando cum Discipulis ascendit in montem, aliquando in desertum, aliquando in navim: Vult Dominus suis Discipulis, ac sociis complacere & eorum voluntati condescendere: ideo aliquando divertit in hanc, vel illam partem, modò in desertum, modò in montem, modò in navim. Unde ait Abulensis citatus, quod Dominus fecit hoc fortè ad habendum aliquam quietem, vel ut suis permitteret recreationem temporalem, seu aliqualem vacationem à negotiis: quia turbæ ita Christum occupabant, quod non erat eis locus ad capiendum cibum. Marc. 6. num. 31. Ait Christus suis, Venite secum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim, qui veniebant, & rediebant multi, nec spatium manducandi habebant. Nec enim semper est instandum in opere.

Sextò, Abulensis citata quæst. 55. ait, quod Dominus voluit, recedere ad orandum in desertis locis, ut dicitur Marc. 1. num. 35. quod Dominus diluculo surgens, abiit in desertum locum; ibique orabat. Per quod Prædicatores Dominus instruit, ad orationem sæpè recurrere, ut quod non possunt legendò; & studendo; orando accipiant & intelligant.

Septimò, Omnes rationes appositæ optimæ sunt: tamen ea mihi placet. Quia, cum Dominus jam prædicasset in Galilæa, & ibi multa miracula esset operatus, voluit in aliam regionem transire, ut in omnes suam cœlestem rorem diffunderet. Ergo, cum Dominus videret multas turbas circum se ipsam, veluti affectantes, ipsum summum bonum inter se continere dilposuit in aliam regionem divertere; non enim est passus, commune bonum inter paucos concludi, sed in omnes exuberare, & hoc etiam modo voluit adimplere munus à Patre destinatum. Et ita in hoc evento post sanatum focum Petri scribit D. Lucas cap. 4. num. 43. Turbæ requirebant eum, & venerunt usque ad isum; & detinebant illum; ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et Marc. 1. numero 37. dum Discipuli dicunt Domino, Omnes te quarunt, ait illis: Eamus in proximos vicus, & civitates, ut ibi prædicem, ad hoc enim veni. Vide supra de hac re cap. 5. num. 169. & cap. 15. num. 55. & 64. & cap. 20. num. 36.

Matth. 4. n. 19. Et accedens unus Scriba, ait illi: Magister: sequar te quocumque jeris.